

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Dissertatio De Propagando Evangelio Ad Explicationem Loci Gen. IV, 26.

Lipsiæ: Literis Andreæ Martini Schedii, [1717?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861925122>

Druck Freier  Zugang




90

49. dfg.

Fa 1092 (90.)







1. Jo. Bernh. Hahn introductio generalis in Verbi Sacrum et No,
 sed Regionem 1737.
2. Jo. Deutschmann de spiritu sancto hospite pentecostali dicitur
 in Paradiso Gen 14. 11. III. reactata nobisque tradita Wittb 1692.
3. Jo. Adu. Mich. Nagelii Observations in Gen 1, 2. Act 1742.
4. Matth. Hillerus de opere genitri dei ad Gen 1, 6. T. S. Tüb 1740.
5. Carp. Löfheri consilium de circu hominis creatio nov. apud
 Gen 1. 26. 1697 rec. Wittb. 1701.
6. Christo. Matth. Kaffius de prima et benedictione et lege divina:
 creata et multiplicata ad Gen 1, 2d. Tüb 1742.
7. Adam de hec paenitentia Mosaei opere die septimo absoluto. huicque
 justificatione ad Gen 11. 2 Tüb 1742.
8. Jo. Herm. Brennerus de tentatione in Paradiſo Gies 1745.
9. Christo. Timoth. Ridolius de primo primorum hominum peccato
 Helvpt. 1743.
10. Adu. Hellmannus de duplicitate scriptura primorum hominum ad
 Gen 111, 7. 21. Gotting. 1744.
11. Jac. Wilh. Tenuerius de Adams, e sola illa arbore adeptaro cogni-
 tione boni et mali ad Gen. 111, 22. Gotting 1745.
12. Jo. Gail. Hock de Cherubim Paradiſi ad Gen 111. 24. Wittb 1720.
13. Carp. Jac. Auth de fide matris uiciantum in virum fe.
 homini ad Gen 14. 1. Erl 1740.
14. Joz. Frider. Girke maior Extraktiones et graduelles über
 die erste Glaubung der auctoribus von 1800. Farfou. 1800.
- ad Gen 111. 1. Gen. 1749.
15. Nicol. Pancius de colloquio Caini Wittb 1694.
16. Jo. Christo. Orlobius de figo Caini ad Gen 111. 15. 2.
 1711
17. Jo. Cyprianus de propagando euangelio ad Gen 113. 26. Tüb 1747.

18. Nied. Guil. Schröderus de prima cuncta publica divinae scripturae cord.
 Sharp 1745.
19. Aug. Heijerus de Henoch ad Gen 1. 22. 23. 24. Notes 1670 res. 1670.
20. Jo. Henr. a Seelen exponet hypothesos de diluvio aenigmatis
 Rost 1725.
21. Jo. Rud. Pfänder de Senfa verborum Gen 11. 5. coll. 15. 26.
 Tübing 1719.
22. Hern. Iac. Lefus de paenitentia Regis adfesta ad Gen 11. 6.
 Griffigswalde 1749.
23. Georg Huetli Pipinibus, eorumque Petzis von Rud. Römerbau
 zu Vald. mit Dr. Daniel von Linthausen Praesid. Kronverwaltung der,
 gelagert werden. Laub. 1742.
24. Matth. Hiltius de antiquissima gigantum gente eorumque
 sedibus ad Gen. XI. 6. Tübing 1701.
25. Jo. Val. Stegmayer de Abramis peregrinante cum famine
 suo. Gen. 1714.
26. Georg. Friedr. Nichtenh. de tribus vioris Abramis appa.
 reatibus ad Gen. XXIII. 1. Rost 1707. Suppl. 1707.
27. Jo. Otho. Kiesling de divinis Abrahami hospitiis ad Gen.
 XVIII. t. 2. 3. Lips 1740.
28. Jo. Albertus de statua salis et Latini ex Sodoma
 egressu. Helmst 1660.
29. Christ. Friedr. Bauer de domini ad Abramam iuramento
 ad Gen. XXII. 16. Luc 1. 54. 55. 69-75 et Hebr 11. 18.
 Witteb 1746.
30. Jo. Henr. a Seelen de Abramis et Iacobis Patriarchis
 vediis ad Gen. XXIII. 1-19. XXXVII. 19. 20. Lips 1744.
31. Aug. Pfeifferus de Theraphia fidolis Labari. ad Gen. XXXI.
 Witteb 1663.
32. 33. Theod. Christ. Lichtenhainus de gloria Angeli federis cum Jacobo
 collutientis ad Gen. XXXVI. 24. Cap 27 Cap XII. 4. Region. 1744.

34. Gen. xxv, 2. 3. 4. Lips 1744.
 35. Gen. Herr. Gotthilfius disquisitio nova Pharaos opera Josephi ad veram
eulogiam perductus fuit. Lub. 1712.
36. Aug. Tobolias de Iesu Josephi ducinatioris ad Gen. XLV, 5. Torg. 1725
37. Georg. Dau. Kyrke de integritate Cap. XLVI. Genes. contra Schutkfordia
Hal 1714
38. Christo. Herr. Zeibichius de sequentia in terra facta a Jacobo ac
Josepho patriarchis moribundis appetita ad Gen. XLVII, 29. 30. 31.
XLIX, 29. 30. 31. 32. L, 5. 24. 25. Hebr. XI, 21. 22. Witten 1742.
39. Jo. Christi. Einigkeit de manu dextra honoratione ad Gen. XLVIII, 14.
Lips 1707
40. Gart. Kaede. Zacharias de ritebus scholaisticis Iudaorum ad Gen.
XLIX, 70. Hal 1745
41. Thod. Masalus de Naphthalitide patria Iaphetalorum ad Gen. XLI
21. Brem. 1724.
42. Jo. Friedr. Grafen notae in Josephi Torelli animaduersiones
in Exodi librum et LXX. graccam interpretationem. Lips 1746
43. Friedr. Wied. Krafft de pictale oblationum qua deus donos
dicitur effigieis aedificatis Iapheticis ad Exod. 20. 26. Gen.
1714
44. Christo. Aug. Heumann de Pseudothaumaturgis Pharaonis 1744
rec. Gen. 1745
45. Bernd. von Saunders Hirsch sanguinem ad Exod. 14, 15. 16.
Nagoya 1713
46. Jo. Tidemann Scheate de abbellis facies et prolaus Mer.
1743
47. Christo. Herr. Zeibichius de mysterio cornis azae in nocte
paschalibus prima concordia ad Exod. XII, 8. 9. Witten 1742
48. Christi. Herr. Grömel de angelo exterminatore ad Exod.
XII, 23. et J. LXVIII, 49. Gen 1605.
49. Christi. Saturnus de transitu Iapheticorum per mare mebrum
Ged. 1702

50. ~~pro pos. servosq; de angelo in quo nomen penoua ut ipso~~
 XXIII, 20. 21. 22. Gryphiswald. 1732.
51. Josias Heus. Opitius de candelabri Ignisq; admirabilis Graeca
 et ejusdemque positu in sancto. sed Epod XXV, 31-40 et
 Num. VIII, 2. A. Jen 1708.
52. Georg Adolph. Aehnener de II. O. T. P. II. 119-518 XCVII p. 1178
 ad Epod XXVIII 30. Lips 1745.
53. Casp. Niemarius de genitis Ireni et Phannini ad 2 reg XXVIII. 90.
 et de abo Samariae obsecrare. ad 2 Reg VI. 25. Lips 1709.
54. Jo. a Marek. de oratione sacerdotum ad Etat. XXVIII. 41. Reg.
 Batav. 1692.
55. Jonas Wahlia de Schiria ad Levit. XVIII. 7. 2 Chron. XI. 15. Reg.
 XIII. 21. XXIV. 14. Rostock. 1744.
56. joach. Rud. Inagotii de fundamento matrimonii inter coni.
 presignos ad Levit. XVIII. 11. Rostock. 1744.
57. Jo. Mich. Langeus de nuptiis per ius naturae, diuinam, ecclesi-
 asticorum prohibitio. Altorf. 1709
58. Andr. Boberg de manipulo priuilegiis negotiis ad Leviticos. XXI. 1
 co. 4 pp. 1740.
59. Jo. Christi. Buckius de anno hebraeorum jubilato ad Ezechiel. XXV.
 Witob. 1700
60. Jo. Bernh. Hahn de anno Jubilato Hebraeorum ad Ezechiel
 LXV. Witob 1744.
61. Septimus potentiales duabus magdeburgensis incolis ex
 Leu. XXVI, 23. 24 et 2 Cor. V. 20-21. propositi. Magd. 1715.
62. Georg. Hoelius de Corae, Iathania, Abiram et Ori desclatu ad
 inferos ac num. XVI. Lips 1687.
63. Christi. Korthallus de uirga Aaornis florida et. Numeros.
 XVII. tit 1674.
64. christi. Gottl. Friedr. Wolffs de libro recti et bellorum. ad
 Num. XXXI. tit. 14. fol. XI. D. 2 Sam 1. 10. Lips 1742
65. Franc. Woeckius de mercede diuinaatoria Witob 1727
- Christo. Sontagius de ligies Pittim. ad Num. XXVI. 1.

67. Jo. Rud. Kieslinus de Iudaeis ad facultatem Zelotissimam prouo
eatis Lips 1746
68. Idem de Iudaeo explorii veritatis contra Semetipsum teste
ad Deuteron. XXVIII, 64. 65. Lips 1740.



5
52.
53.
54.
55.
56.
57.
58.
59.
60.
61.
62.
63.



51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

DISSE^RTATI^O
DE
PROPAGANDO
EVANGELIO

AD EXPLICATIONEM LOCI Gen. IV, 26.

QUA M

CONSENTIENTE VENERANDA FACUL-
TATE THEOLOGICA

MODERANTE

DNO. JOHANNE CYPRIANO,
S. Theolog. D. & Theologiæ Professore Publ. Ordinario, Canonico Misenensi, Alumnor. Electoratum Ephoro, & Facultatis Suæ Subseniore,
& nunc Decano

MDCCXVII. D. XV. JUN.

I N

DISPUTATIONE SOLENNI
ad compl. Bacc.

Examen benevolo Theologorum in Auditorio Philosophico
ab hora IX. ad XII. subjicit

M. MATTHIAS GEORG S^HRODER.

SS, Th. Bac. & ad D. Pau. Conc. Vesp.

LIPSIAE,

Literis ANDREÆ MARTINI SCHEDII.





PRÆFAMEN.

Rima historiarum monumenta quo rariora sunt,
eo cariora esse eruditis solent. Biblia nostra o-
la antiquissimis illis historiarum ruderibus hu-
manam si non satiant, saltem compescunt cu-
riositatem. Brevissima vero cum sit historica
narratio priorum temporum in scriptura sacra;
innumeras hominis pruritus circa illa peperit quæstiones. Ex
paucis illis effatis plures consequentias extrahere, alias cir-
cumstantias conjicere, addere, fingere Philologis multis gra-
tissima est opera. Secula tota historia sacra tradit, quæ nibil nisi
annos, qui præterfluxerunt, offerunt; patremque genuisse fili-
um sive liberos dicit. Tunc enim temporis nostræ non erant
facies rerum, ubi homines putant & ex gentilibus autoribus
atque Poëtis hauserunt, se eam ob causam esse in mundo, ut
memoratu dignum quid posteritati relinquant celebrandum.
Abasveri, (Esth. I.) Belsazaris (Dan. 5.) aliorumque Collegarum
vix alia supersunt fata vel res gestæ, quam ostentatio potentie
& opum, hisque actionibus se suo munere satis fideliter functi
sibi visi sunt Primi parentes victu & vestitu contenti cultu di-
vino & agricultura tota secula in quiete trans egerunt quæ vel sim-
gula nobis centies nova afferunt bella. In illa brevi historia
prima plura tamen observamus impia facta Cainitarum quam
priorum narrari. Caini truculentia & ferocitas, Hanochi in-
solentia, qui nomen urbi de suo imponi passus est. Lamechi
A 2 biga-

bigamia adeoque libido effrena, ambitio quoque exorbitans
cum se duobus viris æquiparet occidendi. Jubalis luxuria
ab agricultura ad res ludicras deflectens. Tubalcaini nocendi
cupido ex armorum inventione. Chami denique inter medias
Dei iras & supplicia a tot myriadibus hominum petita pertina-
cissima nequitia se invicem in genealogia impiorum excipiunt.
Inter pios Enos & Noacki ministerium, Enoch translatio in
cælum commemorari tantum potuerunt. Primum factum pi-
um piorum Patriarcharum piis nostris meditationibus expenda-
mus, piisque preces fundimus, ut Deus dirigat mentem no-
stram in rectam doctrinæ puræ & pietatis veræ viam, lectorum
que benevolum a pravis animi desideriis & cavillandi libidine
deflectat; utrumque in honorem Dei æternum ad scopum veræ
felicitatis ducat. Locus, quem ante oculos habemus, est Gen. IV.
26. in quo commentatores cautores vident, quos fugiant, non
vident, quos sequantur. Vid. ea confessio in Polo:

לutherus ברכות ליהו : Lutherus

Zu derselbigen Zeit fing man an zu predigen
von des HErrn Nahmen.

Tunc coeptum est convocari ad cultum Domini.
Sect. I. Explicans.

- §. I. Voces enucleantur.
- §. II. Emphasis in voce נָרְךָ-
stenditur & Lutherus con-
tra Pontificios defendit.
- §. III. Emphasis in voce מִשְׁמָרֶת
monstratur.
- §. IV. Consensus Theologo-
rum.
- §. V. An tunc fuerit ministe-
rium verbi, templi & Sacra-
menta.
- §. VI. Quinam fuerint præco-
nes, quod officium, quæ di-
gnitas.
- §. VII. Quinam convocati.
- §. VIII. Nexus dicti cum creati-
one, unde patet, quare & qua
occasione ista convocatio
contiget.
- §. IX. Sententia eorum, qui exi-
stunt nomina sibi imposu-
isse sectaria.
- §. X. Qui putant profanatum
esse nomen Dei.
- §. XI.

§. XI. Nova sententia in appara-
tu literario.

§. XII. An monachat⁹ institutus⁹
§. XIII. Conciliatur B. Pfeifferus.

Sect. II. Applicans.

Confertur dictum cum aliis
temporibus ex Parallelismo
histor.

§. I. Cum tempore Esdræ.

§. II. Cum ævo Christi.

§. III. Cum seculo. Constan-

tini M.

§. IV. Cum reformatione Lu-
theri.

§. V. Cum nostris temporibus,
quoad facta, speranda, a-
genda.

Sect. I.

§. I.

Adverbium temporis primam esse vocem nemo diffitetur, nisi illi, quorum officium id esse dicitur, ut vulgatum ab errore vindicent. Ille cum vertat *iste*, hanc versionem pro legitima plurimi pontificiorum nobis obtrudunt. Mercennus verbum putat esse ambiguum. *In esse quidem adverbium temporis per se, orationi junctum non amittere hanc significationem, sed alio determinare.* Aut superflua, aut nihil dicis. Alio determinari & quidem ita ut adverbium fiat pronomen, in nulla lingua expertus sum. Cæterum Pontificii non tam excusare eum, quam laudare ausi sunt, quod indicare voluerit subjectum, ad quod sermo sit referendus. Agnoscent, quod non per pronomen explicanda sit illa particula, Vulgatum vero ut eo clarior fieret textus, adjecisse subjectum, quod deerat. Supersedere ea opera poterat, cum Job insertam vocem aliquam personæ, alia vox, quæ tempus denotat, non sit omittenda. 2) sequentis vocis per activum explicatio hanc pepererit confusionem, qua passive reddita, nullo pronomine nec subjecto opus est. De particulis talibus litigare vix quidem operæ pretium esse videtur, attamen Vulgato infallibilitatem vindicare insignis est audacia & merito reprimendæ. **הוּא** est hophal præt. Abs re expendunt circa hunc locum philologi varias significaciones Imæ conjug. Kal tripudiare perforari, confodi. Nec difficultorem ea multitudo significacionum expli-

A 3

cati-

cationem reddet. Sufficit in hiphil הַרְחֵל potiori significatu & frequentissimo notari incepit. Ergo passivum ejus *cæptum est*. נָרָא etiam convocandi significatum admittit. Præfixum in בְּשָׁר explicamus ad ut Prov. 30. v. 19. *viam viri ad virginem* בְּעַלְמָה Jehova hoc loco non primum nominatur, sed jam cap. 2. v. 3. ubi totum mundum simul sumtum creatum esse dicit Moses pér Jehovam, singula per Elohim, ut nomen Jehova omne robur divinum indicare videatur, quod in Elohim seorsim considerandum proponebatur, vocis etymologia & ulus etiam tyronibus nota est, nec diutius nos moratur.

§. II. Collegia interdum nimis emphatica de de emphaticis scripturæ S. locutionibus ad obsoleta sunt relata, & s̄pē ex elementari tantum cognitione originem traxerant. In levibus mutationibus temporis vel personæ insignes emphases colligebant, quas si idiotismos omnes lingue calluisserent, non habuissent pro emphasibus. Omnes tamen illas, qui abjicit sive negat, linguarum nondum perspexit natūram. Cam lingua una altera sit brevior, hæc una voce designat, quod in alia lingua pluribus indicatur. Ex eo necessario oriuntur voces, ut vocantur, prægnantes, quando una vox hebræa duo simul verba involvit. נָרָא notat simpliciter vocare. Notum vero satis est, simplicia hebræorum verti quidem posse per simplicia latinorum, aut etiam per eorum composita, cum Hebræi per præpositiones non componant ut latini. Hinc significat etiam invocare & convocare. De invocatione h. l. intelligi non potest, cum sine dubio Adam cum suis filiis DEum invocaverit, Abel quoque & Cain sacrificando etiam DEO publice exhibuerint, eumque invocarint. Altera ergo significatio assumenda erit, quod convocari tunc coeperint. נָרָא inde est convocatio, quæ vox & in plurari s̄pus occurrit, eandemque significationem retinet. Glass. Can. 23. l. 3. tr. 3. admittimus, ut passim explicetur infinitinus, *convocari, invitari cæptum est*. Ex hoc fundamento versio Lutheri contra Pontificios defendi potest & debet. Quam Osiander dicit non repudiandam, nos statuimus vi textus necessario assumendam.

Nec

Nec Marii virus tanget, nedium lœdet Lutherum, quando eum
criminis insignis accusat & hæreticum hominem dicit, ex tædio
orationis & affectu erga conciones ita vertisse, ut Catholicis
eriperet ne ceremonias institui & augeri posse potent. Vel
Catechismus minor refutare & in ruborem conjicere pontifi-
cium poterit, in quo Lutherus caput totum precibus destina-
vit, & preces a CHristo nobis injunctas fusissime & prolixius
quam reliqua capita Catechismi explanavit. Lutheru vivo
nullum bellum ob religionem motum est, id quod enixis pre-
cibus a Deo obtinuit. Ipse de se id profitetur apud Joh. Wolf.
lect. Memorab. tom. 2. Ego precatus sum a Deo a) semper b) sum-
ma intentione animi c) & zelo d) & precor inde sinenter &c. ha-
illæ præces arguantne tædium aliquod orationis veræ & ab ido-
lolatria puræ, quod si enim rejecit præces quasdam, eæ sunt in-
telligendæ, quæ cum honore & præcepto divino pugnant. Con-
ciones, quas Monachorum inertia suppresserat, Lutherus resti-
tuit & postliminio in Ecclesiam introduxit summo cum fructu
Ecclesia & honore Dei. Ad hunc promovendum affectu
omnino fervente latus est Lutherus, conciones itaque, quibus
ille erat amplificandus odiisse non poterat. Ex illo vero affectu
versio processisse videri non debet, cum ex textu ipso proma-
net. Quia invocatio de prioribus jam dici poterat, alteram
significationem convocandi adsumit. Si Catholicis eripere
hoc dictum voluisse videtur Mario, nec inepte id fecit. Nam
dictum divinum non eripuit sed, tradidit & redditum iis, qui
dociles sunt, humanam explicationem removit. Objicit, quod
in hac significatione potissimum pónatur sine casu vel regere
accusativum. Sed duæ constructiones vocis cujusdam allatæ
non destruunt tertiam illis parem nec de aliqua voce sine ex-
emplis pluribus claris præsumendum est, quod cum casu ali-
ud significet quam sine casu. Vox non placuit Mario, quod
concionari vertatur, forte, si *convocare* dixisset Lutherus, non
statim odio erga conciones correptus fuisset. Sub convocati-
one illa comprehendimus totum ministerium verbi, quod pro
temporis illius ratione Epanorthosi sèpius absolviebatur. Non
suarum

fuarum tunc tantum animarum curam gesserunt, sed alios convertere, religionem puram propagare, Ecclesiam Dei amplificare, Evangelium denique primum in Paradiso ab ipso Deo enunciatum urgere & explicare allaboraverunt.

§. III. **D**icitur B. Lutherus in Comm. in Gen. fol. 95. edit. Witteb. 1544. ad Christum refert, quod praæconia de Christo potissimum egerint. Nostri hujus observationis in suis commentariis non satis fideles fuerunt custodes. Nomen Jehovæ id requirebat ut monstraret se Jehovam in promissis veracem. Talem se primario exhibuit in misso Servatore ab initiis mundi promisso. Ad hanc sententiam accedit Coccejus in curis prioribus sive Anecdotis operibus; *Deus admonitus promissionis de semine calcaturo serpentiem.* In operibus quidem Theologicis suis aliam amplexus est sententiam, quod se filios Dei appellaverint, quam infra sumus examinaturi. Sæpius **D**e cultu usurpatur, quod lexica te decebunt. Ita Gen. 21. v. 33. de toto cultu Abrahami in Bersaba. Ille cultus vero fiducia erga gratiam divinam plenus nitebatur primo illo Evangelio, hoc de Christo agebat ejusque victoria gloriosa, circa Christum itaque primarium fuit cultus momentum.

§. IV. Cum paululum a nostris recedere videamur, qui de publico cultu, non vero de propagatione explicamus; urgemus consensum B. Lutheri, ex cuius versione fluit nostra explicatio. Cum deinde ulteriorem quererem consensum Theologorum nostrorum, quod de propagatione Evangelii sit intelligendum dictum istud (ne ulli suspicionem præbeam novitatis) obtulit se mihi David Chyträus. Cujus verba in enarrat in Gen. Viemb. 1576. editis p. 194. haec sunt: *Ministerio Enos late sparsa est vera doctrina de promisso semine & Ecclesia Dei amplificata.* Jungit se huic B. Varenius inter Philologos nostros facile primus & Theologos nulli secundus, qui in decadibus suis dilecte hoc opus nominat *solenniorem & frequentiorem amplificationem.* Reformatis qui autoritate moveri volunt, Pare. um opponimus ejusque verba in Comm. in Gen. tunc cœpit se dilatare. Pontificiis Jacobum Tirinum, qui commentatur ad augen-

augendum, stabiliendum & propagandum conventus cogere ca-
pisse. Versionem itaque suam vulgati emendare non audet
quod tamen hac explicatione taceo sive indirecte suscepit.

J. V. Episcopatus & Patriarchatus eo quidem tempore
ut Principatus erant ignoti. Ministros tamen verbi divini etiam
proprie dictos tunc jam in Ecclesia Dei suo munere functos es-
se putamus. Sequimur in hoc asserto B. Calovium, qui ad hunc
locum annotavit : *Enos primum divino mandato publicum*
ministerium docendi suscepit, ut itaque non omnium fuerit
promiscue fanaticorum more cathedram ascendere ecclesiasti-
cam & ex Spiritu loqui. Coeperunt convocari. Ergo alii fue-
runt convocantes alii vocati, & illi sunt ministri verbi divini,
1. Sam. 9. v. 13. קָרְאִי sunt invitati ad convivium, ita per
קָרָא innuitur etiam h.l. invitatio ad convivium Domini, qua-
leum parabolam Christus sicut, Luc. 14. Servi qui ex plateis &
viciis convocant & colligunt omnis generis & gentis homines
ad convivium, quod Deus filio suo parat sive ad Ecclesiam, sunt
verbi divini ministri. Hi sunt vocantes antea ipsi vocati a
DEO. Si tibi simul persuaderes templo usu recepta jam fuisse,
suave id esset somnium. Ne ædificia quidem privata tantis
operibus & machinis, ut nostro invaluit more parata erant.
Ab ædificiis vero divinis homines coepisse artem exstruendi
ædes credi non possunt, cum tempore Davidis argumentum
illud hominibus demum succurrerit : *Ecce nos sub cedrisha-
bitamus & DEo tantum deditus peripetasmata*. Fanatici
vero esset ingenii ex his argumentum petere contra templo
nostra, eorumque vel contemptum vel destructionem urgere,
quia prima Sethiana Ecclesia illis caruisset. Mundi natu-
ram nondum cognovit ille, vicissitudinibus & variis motibus
obnoxium. Deus ei permittit, ut varius sit, quo homines
vanitatem mundanam palpent & firmiora querant domicilia.
Singula æva suam sibi faciem postulant, nec quoad externas
ceremonias ab uno ad aliud tempus concludi debet. Alia ita-
que jam est vivendi ratio ; exstructio ædificiorum, quam ani-
mus ad Reipublicæ tantum utilitatem, exclusa omni superbia

B

diri

dirigit, non potest reprehendi. Exstructis vero magnificis ædibus in usum hominum, valeat argumentum Davidicum a Salomonem executioni datum, & in honorem Dei exstruatur magnificantius ædificium. Sacraenta nisi generalissimo significatu hanc vocem usurpare velis pro re sacra, illo tempore nondum erant Ecclesiæ Dei concessa. Quamvis sacrificarent, nullus tamen agnus Paschalis vel simile quippiam injunctum erat. Circumcisio autem plane ignota erat. Typi qui Christum adumbrare debuerunt, erant sacrificia, quæ illis sufficere poterant, progressu vero temporis, aucto nimis genere humano, & presso grege fidelium certiora gratiæ suæ pignora Deus addere voluit.

S. VI. Non tam in Enoso quærimus ministerium verbi divini publicum, quam in Patre ipsius Setho. Cum tempore, quo Enos hic natus est, conjungitur illa amplificatio Ecclesiæ: *Natus est Enos, tunc coeptum est convocari*, quas propositiones invertere licet; Coeptum est convocari, cum nasceretur Enos. Enos ipse erat infans, Pater illius vero dicitur ille, qui loco Abelis datus sit Evæ, cujus sacrificia itidem grata sint futura Deo ac Abelis; cujus ministerio in dilatanda Ecclesia sit usurus & ex quo genus humanum ad nativitatem Messiæ propagandum sit. Pontificii, qui præ reliquis erravisse ut velint, adduci non posunt, Enosum ut primum ministrum pertinaciter defendant & sicut in aliis intricatis conjecturis ad mirabilia ecclesiæ confugient & miraculum dulcius sibi fingere possent Enosum in eunis concionatum esse. Ista effugia sunt Mahammedis, qui Christum in incunabulis locutum esse asserit & matrem a suspicione stupri vindicasse; histriorum mimus proximum sibi quemcunque arripit, ut cum honore ut ajunt, Scenam intricatam claudat. Enosum adultum Patrem secutum esse non negamus, sed his verbis Scripturæ S. ministerium præcipue Enosi indicari nondum nobis persuasimus. Officii vero ratio tunc postulabat a ministro ecclesiæ, ut sacrificia DEo grata Abelis repeteret, homines a mundi illecebris retineret, cui adhortationi egregium momentum addebat recentissimum exemplum

iii b

emplum damni ex voluptatibus Evæ in Paradiſo hausti. Paradiſus monstrari adhuc procul poterat (vel ſaltem regio ejus atque plaga, ſi prius aſſertum tibi non placet) tanquam perditus : perditus uno holo devorato. Ab integris Parentibus, qui in ſtatu integratitatis omnibus ad bonas actiones neceſſariis viribus instruēti erant, paradiſum tam cito amiflum, quanto facilius cœlum a corruptis hominibus perdi poſſit, niſi gratiam Dei ablatam promte arripiant. Hæc erat pædia ad auxiliū quærendum ex promiſſo ſemine, quæ doctriña omni ævo fuit primaria, cum ſit fundamen tum ſalutis noſtræ reale. Episcopales & presbyteriales vel ſimiles hiſ extra ſcripturam fini gi non debent, quæ de regimine aliquo ecclesiastico tunc in ſtituto nihil refert, unici tantum præconii meminit : coeptum eſt convocari. Si vel ſcintilla regiminis Ecclesiastici hic lateret, pontificiū eam protraxiſſent, qui id abſolum iſpi existimantes monachatum ex illo dicto eliſere tantum, eoque contenti eſſe voluerunt. Ignominiam a Cainitis multam paſſos eſſe miniſtros ex Lamechi & ſimilium protervia colligere liſet, quæ ut tunc ita nunquam obſtare debet, quo minus quis propagati onem puræ doctriñæ ſuſcipiat. Pii & inter illos præcipue, qui publico docendi & redarguendi muñere fungebantur, ſine dubio reſtiterunt Lamecho in ſequentiib⁹ temporib⁹ ut utrinq; ſint irri tati, impii quidem oestro nequiffimo, pii zelo integerrimo. Quan do in animo volvo iſtam ministerii Sethiani rationem & cum contrariis plane auſibus Cainiticæ familiæ confe ro, videntur mihi Cainitæ iuſultatorie omnia egiſſe prava ut frustrationem in miniftriſ Eccleſiam Dei amplificatu roſ injicerent. Dignitas itaque ob Cainitarum iuſolentiam arctis limitibus ſuit cir cumſcripta, vel plane abjecta ; quod ſolatium præbeat noſtris Theologis & missionariis, animumque addat, ne abſterreantur ab Evangelio propagando.

§. VII. Nunquam omnes & ſinguli diu fuerunt pii in mundo. Duo tantum erant in Paradiſo, Eva ſeduxit, Adam ſedu x̄tus eſt. Filii ejus tamen optima gavilos eſſe educatione du bium non eſt ; ſed primogenitus, qui curam Parentum præ re

Liquis fratribus solerter experiri solet, tan^t opere degenerabat,
& refutat eos, qui educatione cauta omnem puerorum nequitiam tollere volunt. Paucitas piorum, quæ omni tempore ex historiis liquet, persuadet nobis hanc propagationem doctrinæ divinæ non ad omnes pervenisse. Cainitarum, ex quibus in primis potentes & tyranni orti sunt, prævalens semper erat pars, donec piros solo Noacho excepto absorberent & secū in exitium traherent. Non paucos tamen putamus tunc fuisse conversos. Si insignis ea non fuisset convocatio, vix notata fuisset in scriptura, quia particulares convocationes familiarum ad solennia sacrificia Abelis & Caini jam contigerant. Si non universalis, salem magna fuit & major quam sequentes conatus minorum in propagatione Evangelii. Noli existimare, ne in nīem tunc convocari potuisse cum Adam habuerit filios Cainum & Sethum, præadamitas ergo statuendos esse si propagatio Evangelii insignis sit admittenda. Setho nato ad multitudinem ingentem jam creyerat genus humanum. Pauca tantum nomina in bibliis commémorantur, ut saltem nexus Adami cum Noacho pateat. Primi parentes sano erant corpore, & Adami tunc præcipua erat cura propaganda sobolis, quæ hanc terram vastam, quā præ oculis cernebat suo usui subjiceret. Non turbabant eum parium emulaciones, non superiorum insolentia, non inferiorum invidia. Nullæ illum exagitabant curæ regna sua ampliandi, nemo resistebat occupationi. Non excruciant eum honores obtinendi & defendendi. Quam igitur in tali tranquillitate aliam curam gerere potuit quam augendæ sobolis. Quare hac ratione considerata non singulis annis, si non singulis novem estribus elapsis genuisse infantem credi potest. DEI benedictio : fructificate & multiplicemini; erat recentissima, & in Adamo, qui solus erat, præcipue demonstranda. Supponamus itaque annuam primæ familij actionem, & ingens numerus prodibit, qui captum nostrum vel superat, vel ab eo nunquam exspectabatur. Sethus natus est anno centesimo trigesimo Adami, est itaque filius Adami 130; omnis Ex his 130. filii Adami, 80. jam rursus generaverant nato Setho. Si suppona

ponamus, quod 50 mo demum ætatis anno generare inceperint. Primus ex his 80 , anno ætatis suæ 50 mo incepit generare, vel liberos habere potuit 80 . secundus 79 . & sic porro usque ad 80 um, qui unum aluit, cum Seth nasceretur. Per progressionem arithmeticam summa primi & ultimi termini 81 . multiplicanda venit per dimidium terminorum numerum, qui est 40 . & prodeunt 3240 , nepotes Adami. Ex filiis illis primogeniti Adami, qui erant 80 , rursus 30 . jam generarant, supposito iterum, quod 50 mo anno ætatis inceperint generare. Primus genuit 30 , & 30 mus unum. Summa primi & ultimi termini 31 . multiplicetur per dimidium terminorum numerum, prodeunt pro-nepotes 465 . Ex filiis secundo loco geniti ab Adamo, qui erant 97 , generarant 29 . Inter filios tertio loco geniti, qui erant 78 , parentes numerantur 28 , qui singuli usque ad penultimum tot liberos habuerunt, quoti erant supra annum 50 um. Perge in hac supputatione, & tandem dimidiam nepotum & pronepotum sume numerum, quia ad matrimonium non patet tantum sed etiam mater requiritur. Hæc augmenta generis humani jam cerni poterant, cum Sethus nasceretur. A cuius nativitate ad hoc tempus propagationis Evangelii secundum annos vitæ Sethi præterfluxerant centum & quinque, in quibus quantopere adhuc illi rursus sint aucti, conjici facile potest, & cum longævitas illos patres retineret, ne solis liberis statim concederent terram & solum verterent, morte cum vita commutata; perpendes facile, quanta multitudo in terris inventa fuet, cum morti hoc tempore neminem nisi unicum Abelem in fauibus hæsisse probabile est.

S. VIII. Prima hominum dies beatissima, prima jam hominum nox infelicissima. Nuptiæ sane miserrimæ, quando primam noctem atram & tetram reddunt anxæ animi turbæ. Vix mundus hic a divina charitate hominibus traditus erat, cum homines se iplos hoc bono privarent. Cain invidia exagitatus fratri hæredem se violentum obrudit, ei vitam cum regnis suis eripit sibique ipsi simul fixum domicilium, utrumque privat suo bono, quo in quiete frui potuissent. Sacrificium Caini a DEO

B 3

rejectum

rejectum Abelis adsumtum erat Gen. 4. v. 5. non accensione
per ignem aëreum, nec detorsione ignis cainitici sive reflexione
in terram, ut depingi solet, ubi miraculum absque necessitate
fingitur, sed ex successiva benedictione observabat Cain cul-
tum Abelis Deo gratiorem esse, quia illius votis omnia respon-
deant, sibi contra majori labore in agricultura esse defun-
dum, premia autem macilenta exspectanda, Abelem sine tali
labore augere gregem. Vultus concidebat, non unico rursus
momento, ut vulgo putatur, quod faciem torvam dentesque
& linguam hiantibus labiis ostenderit, sed quod livore diutur-
no invidia carnes & medullas ejus exederit. Hac Cainicæ men-
tis dispositio omnia reliqua peccata post se traxit, radice hac ma-
lorum (1. Tim. 6 v. 9.) ramos suos in corde Cainis spargente
aberravit a fide & se ipsum undiquaque transfixit doloribus
multis. Fiducia, quam in Deum figere debebat, plane perie-
rat, cum sibi non sufficere opes, nisi e medio tolleretur Abel,
arbitratus sit. Seminis promilli plane oblitus fuisté videtur.
Ex Abele illud potius exspectare debebat, quam illum occiden-
do spem omnem vel multam sibi præcidere. Parentibus ma-
gis infensus atque invitus, quam Esavus, qui fratri necem tan-
tum minabatur. Cain si Hethitæ adfuissent vel ullæ aliae ex Præ-
adamitis illas ducendo maximos iis creasset dolores. Non reti-
nuit eum a cæde Patris autoritas, non Dei promissio, non mo-
verunt eum matris lacrymæ cum sanguine Abelis effundendæ,
nec fratum reliquorum preces, sororum gemitus. Sui ipsius
impos in viscera sœvit & exemplum sine exemplo ausus est, cum
circumstantias illas omnes, quæ eum repellere ab hoc facinore
potuissent, attendamus. Hoc initium fundamentum & grā-
dus, erat primus status in prima Ecclesia deperditi. Tot secu-
tæ sunt maculæ, quas nec aquæ omnes diluvii abluere poterant
inter 4. viros (latis exiguis numerus ex tot myriadibus) Chamo
nequissimo servato. Suo exemplo Cain plures ad Icelera traxit
& pii tandem pericula imminentia sibi observantes illis conati-
bus impiorum, qui coetum suum augere studebant, contrarios
ausus opposuerunt.

§. IX.

§. IX. Cum Lutherò B. conveniunt Junius Tremellius,
Glassius & plerique nostratium. Alii præcipue, qui dicuntur
Critici, plane aliter sentiunt. Galli & Angli, quod denominati sint
de nomine Domini. Eandem sententiam tuetur Clericus & A-
quilam se sequi dicit. Joh. Quistorpius in annotationibus bi-
blicis in hunc locum p. 17. Mercerum & Bertramum (qui tamen
mihi dubius & sibi contradicere videtur) ejusdem sententia pa-
tronos adducit, ut non solum Aquilam præcessorem habeat Cle-
ricus. A B. Calovio Cyrillus & Irenæus ejus explicationis de-
fensores sistuntur. Cyrus ita explicat, quod Enos legatus
Dei fuerit, & ex hac ratione Dei nomine usus sit. Hæc autem
nominis Dei essentialis in homines translatio insolens plane est,
quod Enos sit appellatus Jehovā, taceo, quod talis explicatio
Socinismo faveat & cum Christus Jehova dicitur, ex legationis
jure ita elici posse. Ex mala quoque versione, quæ pro *tunc*
legit *iste*, explicatio illa orta est. Clericus provocat ad cap. 6.
v. 2. quod pars filii Dei pars filii hominum dicta sit. Quare au-
tem non addidisset tum scriptor sacer; tum coepsum est no-
minari de nomine hominum. Nam ex illa phrasí, quod qui-
dam sint cognominati filii Dei, non statim liquet nec sequitur,
aliós fuisse dictos filios hominum, plura sunt opposita & filii di-
aboli potuissent diei ap̄iis absque ullo odio; Judæos Christus
hoc nomine appellabat, quos amabat, ut oves desperditas ex
domo Israel quærebant. Deinde, quod Rivetus jam respon-
dit, hoc loco est יְהוָה loco vero citato אלהים inter quæ
duo nomina magna est disparitas, & de nomine אלהים no-
minari homines frequentius est, at de nomine יהוה inusita-
tum. Tandem si indicare scriptor sacer appellationem talem
voluisset, locutionem, quam infra adhibuit & retinuit quoq; hic
usurpasset & dixisset: homines cœperunt vocari בְּנֵי אלהים.
Allegat Clericus Esa. 44. v. 5. & hic vocabitur nomine Jacob.
Dispar rursus est ratio. Explicatio hujus loci allati
ut congruat cum illo dicto Gen. 6. v. 1. dici deberet, vocaban-
tur בְּנֵי יעקב sed simpliciter assertur, vocatur Jacob. Illi ve-
ro Patriarchæ non omnes sunt dicti Jehovah quod manifestum
est; hoc tamen ex illa explicatione sequeretur, quod vocari
homi-

homines tunc cœperint Jehovz. Dictum alterum Clerici est
cap. 48. v. 1. נִקְרָאִים וּשְׂרָאֵל qui vocamini Israel, plane alia
est locutio quam in nostro dicto, & eadem suppositione, qua
prius dictum, rejicitur, quod ita Patriarchæ sive singuli sive to-
tum corpus, quemadmodum totas populus judaicus diceba-
tur Israel, simul Jehova fuerit dictum, quod contra usum no-
minis Deo soli proprii erit. Hoc vero nomen Deo soli com-
petere plurimi Philologi nostri jam probarunt & muniverunt
contra omnes infaustas Socinianorum pugnas.

S. X. Judæorum sententia potissimum est, quod profa-
nari tunc cœperit nomen Dei. Sentiunt ita Maimon, Para-
phrastæ ut R. Jonathan in Paraphrasi sua : עֲבָרוּ לְחַזֵּן טֻעֶן וּמְבָנֵן fecerunt sibi idola, & co-
gnominabant idola sua nomine sermonis Domini. Onkelos
huc a Mersenno aliisque trahitur, quibus non assentiri possum,
cum verbum quod usurpat cum, & dagesch legi posit cum
plane diversa significatione בְּכָנָן בְּיוֹמָהוּ חָלוּ בְּנֵי אָנְשָׁה tunc in diebus ejus cesarunt filii
hominum invocare nomen Domini. Alii vertunt profanarunt
& legerunt quod a הַלְּלָה derivatur, sed הַלְּלָה melius legi ex
præfixo ה quod infinitivo צָלָה præfigitur, colligimus ut ver-
tendum sit, infirmi facti sunt, cessaverunt, quieverunt in
cultu Dei securitate obruti vel capti. Hujus explicationis
fundamentum in textu nullum est, quod si nitatur opinione
recepta Judæorum de profanatione, post adductum unicum Ju-
dæum hujus sententia patronum, concidet. Ille est ר' שלעה ר' דוד
qui brevissime appellat עֲבוֹדָה זָרָה hoc est cultum
alienum, idolatriam, secuti sunt hos Danæus, Seldenus,
Drusius & altii, qui in Rabinis omnem eruditionem & suas delicias
quærunt. Profanationem nominis divini antehac jam invalu-
isse probabile est. Ex hoc studio Sethi amplificandi Ecclesi-

am recte conjicitur Ecclesiam Dei magna decrementa per profana Cainitarum molimina passam esse. Ex grammaticis refutavit eos satis B. Varenius, & ex §. l. hujus sectionis peti potest quid responderi debeat. Addi illis potest observatio ista, quod si Spiritus Sanctus profanationem nominis Domini designare voluisse, id catalogo impiorum potius inseruisset. Allusio ad nomen proprium Enosi huic sententiae nullum praebet argumentum. Homo miser dici potuit etiam eam ob causam, quod Seth miseriam suam deploraverit & fata suæ Ecclesiae tot tantisque hostibus cinctæ, tantis laboribus servandæ, defendendæ, dilatandæ; cui perpetuæ cum Cainitis pugnæ; dissidia varia, bella continua. Vix dubito quin ad Atheismum nonnulli ex Cainitis lapsi sint. Crescit enim impietas & per gradus suos descendit in imam tandem Atheismi abyssum. Mirum quideam videri potest, homines qui tam proximi sint creationi rerum divinitatem sive Numen divinum negare potuisse, cum ob creationem non multo ante illa tempora omnia producentem nullum fuerit argumentorum Atheismi robur. Quid vero non tentat hominum malitia, & haec doctrina omni ævo eandem retinet absurditatem. Hanc speciem & umbram argumenti contra creationem urgere potuisse videntur; quod si tale en hunc orbem creasset, cur eū non ante myriades jam produxisset. Contra quos illa responsio sufficere potuit, quod si quoque ponamus, Deum hunc mundum ante myriades annorum creasse, nihilominus illam suam stolidam objectionem formaturus fuisset. De modo disputandi Sethitarum cum Cainitis ulterius nihil addimus cum præter conjecturas parum aduci possit.

§ XI. Novam plane sententiam nuperime communivit nobis quidam eruditus, cuius nomen sub literis L. F. latet in apparatu literario Wittebergensi cuius singularia, nova, anecdota & rariora per societatem colligentium in collectione prima multa eruditione conspicua proxime præteritis nundinis nostris edita sunt. Specimine septimo pag. 116. hocidem nostrum dictum biblicalum explicandum suscipitur. Eruditorum omnes ut & B. Lutheri sententias autor eruditus rejicit, & hanc tandem suam substituit versionem p. 129. *tunc natus est* qui *invocaturus erat nomen DEI*. ut *לְנָתָן* significet natus est

C

ab acti-

ab activo חורל & infinitivus קרוֹא sumatur pro futuro. חיל
In activo parturiendi significationem habere concedimus, ex
hoc vero non dū concludere licet, quod in passivo significare de-
beat nasci, nisi exempla occurrant. Multa sunt passiva, quæ quan-
tum ad significationē non cohaerent nexus suo cum activis. Passivis
Ebræorum ex activis eorum pro luctu assignare significatus, ne-
mo Philologorum sibi vindicare potest. In Kal significat par-
turire, hoc vero passivum non pertinet ad activum Kal, sed
ad hiphil & ex hoc activo querenda potius suisset significatio
passiva. In hiphil significat, parturire facere; in passivo, effici
ut quis paret, ita Jes. 66. v. 8. explicari solet. Nec commo-
dum magis est hoc loco ו cum infinitivo per futurum expli-
care. Locus allatus Mich. 5. v. 15. pleonastice habet
& in latina lingua plane omitti potest; ex te exibit Dominus.
Alter locus Dan. 2. v. 29. chaldaicus infinitivum habere quidem
videtur cum ו. multis Philologis confirmata jam est observa-
tio, quod נָתַת dicatur pro יְהוָה apud Danielem, ut v. 20.
ejusd. capit. ו alternari enim putant cum ו Syrorum. Nec
ibi, sicut in nostro dicto regitur per aliud verbum passivum,
sed præcedit ו ו hinc ad nostram constructionem appli-
cari non potest. Insolitam hanc explicationem multisimo plu-
rimis philologis visum iri auguro. Quid denique singulare an-
notatum suisset, quod natus esset invocatus Dominum. Abel
quoque natus erat invocatus Dominum. Accedit, quod
in hoc casu simpliciter dictum suisset, ille erat invocatus no-
men Dei nec alia & minus usitata voce nativitas ejus jam satis
per verbum ו insinuata, repetita & iterum narrata suisset.

§. XII. Episcopales Angli inter omnes gentes pias inve-
nissesibi videntur Episcopos, Libertini eruditos scepticos, qui-
vis lux sententia Patronos, Pontificis quoque suos Monachos.
Enosum ad monasteria sua vel invitum cogunt. Hunc enim pri-
mum habet Boulducus inter octo ordines monachales, quos int-
ter Patriarchas fingit. Bellarminum hujus sententia defensorem
potius quam auctorem refutat in huic locum Rivetus. Auto-
rem hujus opinionis Bellarminum non esse Cornelius a Lapide
observavit, qui Bellarminum ex Thoma Waldensi hunc locum com-
munem addidisse asserit. Bellarmino non plane hic Cornelius
affen-

assentitur, & mitius sentire voluit, vel ita saltē sentire, ne probatio & vindicatio asserti tanto constet labore; Præludium hinc vocat Monachatus. Præludia nostri seculi ante diluvium quære. re otiosi est ingenii, Cui vel Jubalis Musica præludia viderentur castrationum Italicarum. Eremitarum forte pater Jabal dicetur, sed iste si esset ex piis, Patriarcham suum unanimiter eligerent. Cultum novum excogitatum esse putant, qui in plebem non caderet. Itane Monachis aliud destinatum cœlum, aliudq; plebi, alias utrisque & diversus cultus. Explicatio nostra de so-lenni convocatione totam hanc machinam subruit. Monachi sunt cœlibes, applica hoc ad Enolum qui Kenazem & multos a- lios genuit. Monachorum potior opera sunt missæ; quære tu missas quas cecinit Enos. Monachi sectantur militiam ut tem-pore Valentis Vid. Dn. D. Rechenb. Hist. Eccl. p. 135. Monachi sunt otiosi mendicantes, & in eo perfectionem quærentes. vid. Guil. de S. Amore de periculis novissimorum temporum ab A- lexandro IV. Papa damnatus. Monachi orationibus & missis purgatorium purgant, Enos convocat cum parente suo & cor- da purgare studet. Solitarii a societate hominum alieni ut plu- trum vivunt. Enos & parens ejus adeunt familias easque ad Deum reducere conantur. Monachi reliquias ostentant oscu- landas. Enos יְהוָה. Plura invenies tertia disparitatis si consulueris eos, quide Monach. scripserunt ut Hospinianus. Alii, qui Monachatum ex hoc loco derivari non posse vident id saltē probare conantur, quod ceremoniarum Papæarum fun- damentum quæri hic possit. Ita enim Marius ad hunc locum; immerito Ecclesiam Catholicam a nobis accusari de institutione sacrarum ceremoniarum, quasi Deus iis nolit coli. De cere- moniis vero in hoc loco nihil invenio; nimis audacter יְהוָה ad ceremonias & ritus refertur. Unde etiam proba- ri poterit Sethi cultum ex proprio ausu adornatum esse? Con- trarium potius patet cum vocarit eos ad שְׁמֵן יְהוָה ut usur- paret quoque phrasin usitatam cum reliquis præconibus di- vinæ voluntatis: Dominus dicit, effatum Domini.

§. XIII. Plerique inter nostros ita explicant ut exerciti- um publicum solennes ritus intelligent. Hos non excludimus, sed simul & præcipue indicari, propagationem religionis fu-

ille tentatam statuimus. Publice magis quam privatim Abel & Cain sacrificaverant, hic enim ignominiam ægre ferebat, quod primogenitus tam accepta sacrificia offerre non possit ut natu minor. Specialior itaque pars exercitii publici in primis indicatur, quod colligere incepit Seth oves errantes, convocare greges, qui sine pastore vagabantur. Reformatio itaque fuit cum propagatione.

Sect. II. Applicans.

Quæ confert effatum cum aliis temporibus.

§. I. Caini sacrificium Deo non placuit, unde colligas licet, illū leges divinas circa sacrificia non observasse. Cultus deformitas requirebat reformatorem. Indirecte eum reformaturus Abel ab eo trucidabatur, magis itaque corrumpebatur religio. Cum porro stirps Cainitica cerneret, Deo conatus ipsorum displicere, rædio tandem aliquo capti sacrificia plane omisssæ creduntur. Non alia facies rerum erat tempore Esdræ. Vasa sacra ad divinum cultum a Salomone consecrata in manus hostium Dei & peculii ejus pervenerant, ad usus profanos in conviviis imo contrarios usus sive abusus ad honorem diis exhibendum adhibebantur. Per totum tempus babyl. captivitatis nullum sacrificium erat oblatum. Judæi multi fastidiebant terram Palæstina & deliciis foeminiisque babyl. gaudentes inter gentes Deum neglige malebant, quam Hierosolymis cultū Deo debitū instaurare. Esdra autem per Spiritum divinum acto *captum est* convocari ad cultum DEI, tum per reformationem, tum per ampliationem ecclesiæ, Nihil humani Esdram abстерrere potuit, divini nihil voluit ab hoc arduo opere, & ex Esdra missionarii & quicunque reformatores discant summam & circumspiciam simul animositatem. Huc Esdras recte putabat pertinere remotiōnem foeminarum Ethnicarum & tale quoque opus Sethum suscepisse probabile est. Quod tamen deinceps recidit in pejorem statum, ut omnes fere filii DEI ex filiis hominum sibi eligarent, quas libido postulabat.

§. II. Felices satis essent homines si semel bono redditii & restituti, in eo perseverarent. Fere nulla autem Ecclesiæ serenitas constans fuit nubibus denuo succedentibus ex Oceano &

acyfso

abyssō errorum humanorum. Non diu apparuerant Ecclesiæ fau-
ita Esdræ & Nehemias sidera. Prolabebantur Judæi in priores
religionis fidicæ foeditates & cum illis proselyti reliqui ex genti-
bus, Sadducæi resurrectionem negantes cultum mosaicum in-
direcētē pro stolido agnoscebant, qua enim de causa tantis viribus
Deum colerent nisi alia supersit spes prœmii quam hujus vita-
brevis molestia longa. Esseni qui internis magis delectaban-
tur quam externis, cultum a Deo præscriptum negligebant.
Pharisæi denique externis tantum occupati, operibus suis cœ-
lum Deo extorturi œconomiam totam gratiæ divinæ sustule-
rant vel saltem obscuraverant. Christo demum nato cœptum
est rursus convocari ad religionem integrum. Propria quasi mil-
lionariorum Christi vox erat: *Regnum DEI appropinquavit.*
Invitabant homines ad nuptias: *venite, omnia sunt parata.*
Nulla coactio unquam adhibita fuit, vocabantur, blande admo-
nebantur. Non a se ipso venerat Christus, sed missus a Patre,
ab illo Jehova ad cuius nomen, ad cuius cultum homines convo-
cabat.

S. III. Nos quibus cum hæreticis continuo conflictandum
est quovis ævo novis prodeuntibus, solatur id quod statim tem-
pore Apostolorum, non obstantibus eorum autoritate, miracu-
lis & præconiis innumeri orti sint hæretici iisque periculosisimi.
Cerinthiani, Ebionitæ, Gnostici primorum seculorum eccle-
siam valde conspurcarunt, gentibus exosam reddiderunt, qui o-
mnes Christianos pro ejusmodi nefariis capitibus habebant. A-
rianorum venenum mortale fere erat Ecclesiæ, quod vel orbem
totum inundaverat insciū. Constantinus tandem Magnus
ad ecclesiam qui accessit Christi, curavit, ut inchoaretur convo-
cari ad cultum Dei verum nec tantum Christianos in fide ser-
vare voluit, quæ minor erat opera, sed cœtum Christi atque
Dei augere. Conf. Sozom. lib. 2. cap. 5. Doctores enim cum
ediictis per oppida misit, sive ut hodierno modo loquendi uta-
mur missionarios ad convertendos infideles alegavit. Respon-
debat votis & laboribus eventus, ut eo anno, quo ipse Constan-
tinus Magnus aqua baptismali corpori Christi insertus fuit 12000.
viri simul baptizati sint. Niceph. lib. 7. cap. 24. Rationes con-
verten-

vertendi gentes iis erant variae; per blanditias foeminarum, per sapientiam puerorum christianorum, quam increduli admirabantur, per pietatem presbyterorum, indefessos labores missionariorum apud Scotos Palladii, Noricos Severini, Bojos Ruperti aliorumque. Haec tempora recentiora modos convocandi suppeditant, quia historia Sethi ob antiquitatem deficiunt; si non eosdem, certe non multo dissimiles iis adhibuerunt.

S. IV. Magna lux hebetat oculos infirmos & splendor Ev. angelii seculo quarto ortus segnes & torpentes fecit Christianos. Opibus quoque referti, luxuria dissipati studia literarum negligere cœperunt ut dies valedicere & nox appropinquare videretur. Tenebrae tandem densissimæ hominum obnubilabant mentes. Cainitæ cum suo Patre pios Abelis asseclas a Deo benedici ægre ferebant, avaritia summa eq delati, ut urbes exstruerent, quæ thesauros congerendos caperent & integros servarent. Idem animi affectus Lutheri tempora foedaverat, & romanæ curiæ cupidio nec sedari nec expleri poterat. Ad cacumen pervenerat Cainitica impietas, & mundum devorasset, nisi per ministerium Lutheri *convocari* cœpisset genus humanum ad *cultum Domini*. Imo ad *Domini cultum* cum omnini fere cultus tunc Mariæ & sanctulis exhiberetur. Pater noster in ore eorum & manibus erat, raro in corde. Mater nostra in ore & oculis frequentior. Cainitarum opera ædificando erat destinata, & illius ævi patres monasteriis ædificandis ad luxum usque occupati erant, coetera parvi pendebant. Coepit vero est Lutheri tempore ad nomen Domini celebrandum colligi. Non truculenta & torva Cainitarum facies Lutherum beatum ab hoc opere retraxit, non copia vitiorum enormium retinuit, non numerus impiorum redidit. Nomen Dei illi erat munitum castellum & firmum refugium; ad hoc nomen colendum convocabat, in hoc nomine illi omnis erat spes, ex hoc nomine omne solatum, propter id nomen omnne subibat periculum & felicissimo eventu cœpit convocare ad nomen Domini. Quem laborem continuaverant ejus successores bina jam secula, quæ Dei est gratia omni studio hoc anno celebranda; qui annus vaticinia illa pontificiorum quod ultra

ultra 200. annos non duraturus sic Lutheranismus falsissima
deprehendit:

§. V. Quieverat aliquandiu studium propagandi Evan-
gelii apud Lutheranos, donec Dania excitaret suasque vires
intenderet, ut ad infideles Evangelium transferatur. Depræ-
dicarunt illam operam alii, laudesque omnes addendas nobis
præripuerunt. Ad propagationem Evangelii nostro tempore
referri posse videtur quod in capite Ecclesiæ suæ defecatum
ipsi Pontifici agnoscant. Gallia Pontificem infallibilem ha-
bentus pro Paradoxo habuit insigni, & huic opinioni omnes
opponit conatus. Divisus quidem est gallicanus clerus in
tres partes, duæ tamen a Papa lecesserunt. Cardinalis Bissy
cum suis affectis Papæ constitutionem (qua Quesnellii propo-
sitiones 101. de gratia Dei, charitate & lectione scripturæ S.
&c. damnavit) simpliciter assumendam esse censet. Cardinalis
Rohan cum conditione. Cardinalis Noaillius plane contra il-
lam militat & Quesnello favet. Postiores itaque duæ par-
tes infregerunt Papæ autoritatem & potentiores sunt at-
que plures quam tertia illa, quæ finem suum vix obtinebit.
Quomodounque vergat controversia, lite durante, oculis
multis excoecatis Pontificiorum restituetur visus, ut observent
defectus Papismi. Faxit Deus ut posteritati de nostro tem-
pore id exclamandum tradamus, tunc cœptum est convocari
ad cultum Domini. Spem nobis facit vigilantia societatis Da-
nicæ de propaganda fide. Spei incrementa addit Moscovita-
rum cupido diligendi, qui alias aures nobis non commodarunt.
Si quoque navigatio per Mare glaciale institueretur ducibus
Moscovitis, propior via ad Indos alacriores reddet Theologos.
Eadem si non maiores sunt tenebrae ut Sethi tempore, requi-
runtur Sethiani, quibus unica Dei gloria & Evangelii propa-
gatio curæ est. Convocatio ipsa ne declinetur metu pericu-
lorum. Quamvis Seth filium vocaret Enosum ob miseriam
piorum maximam, tormenta animæ justæ, qualia tibi Lothi si-
stuntur inter Sodomitas; Nihilominus tunc strenue cœpit
præcorio fungi. Convocandæ sunt non tantum certæ et re-
motæ gentes. In genere omnes convocabantur tempore Se-
thi, ita nec nostra opera videantur sufficere, si una forte gens
accesse-

accesserit, plus ultra tendamus. Vocandi sunt, non subigen-
di antea gladio. Non exspectandum donec illi ministros po-
stulent. Convocavit Seth invitatis procul dubio Cainitis ad cul-
tum Domini. Hic unicus sit finis, non tam ad commercia commu-
nia, non simul ad communicandos thesauros nec tradendas di-
vitias, ad colendum potius Deum. Hic corda nostra dirigat, ut ve-
ra fide amplectamur promissa ejus & charitas in nobis accen-
datur quæ nos impellat ad ethnicos omnesque incredulos di-
ligendos, vocandos, convertendos. Avertat cœtus maligno-
rum, qui conatus convertentium explodunt vel impediunt, &
ex altera parte, qui ad dissidia in nostra ecclesia alenda suas
tantum operas pro divinis venditant, reliquas pro humanis.
Sit pax & charitas in cordibus nostris, & erit concordia in
oribus & Scriptis nostris. Concordes tollamus discordi-
am gentium, ut (Joh. 17. v. 21.) omnes simus unum
sicut Tu Pater & Filii ejus Iesu Christe Domi-
ne noster in vobis unum estis.

S. D. G.







Sed cum religione Iudaica res prorsus aliter habet. Os sub Patriarchis, eorumque numerosa prole egit radivnquam calamitates propterea a Deo populo Iudeo- tae, vt Profelytorum maior numerus Iudaismo adiice- inde neutiquam tam diuturna Christianorum vexatio quidem Iudeorum. Illa per tria tantummodo secula Christi gregem adfixit; deinde ipsorum fides, euictis imine ac splendore suo totum terrarum collustrauit un haec contra calamitas non tria secula sed per grande ui spatum iam perficit, neque vlla spes mitioris fati

§. VII.

inem impono huic qualicunque scriptio, sumnum *Epilogus et
antissimis exorans precibus, vt excoecatam Iudeorum
Iesu Christo per spiritum sanctum ad lucem veritatis
ludo, pariete intergerino per sospitatorem nostrum sub-
ludaei, suus olim populus, tum nos insititii huius olea-
no spiritu, vna mente, vnoque ore, ipsum colamus,
celebremus. Deo trino sit laus, honor et gloria in
orum. Amen.*

CLA-

OTIVS quidam conscripsit librum de Iudeo Christicida, ne peccante et vapulante; allegatum hoc scriptum in GII L'Historie des Juifs T. IV. c. l. §. XI. p. 926, edit. lam. inueni.

